CAESARIUS HEISTERBACENSIS

1445 Seite 13r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5735
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

De Sancta Maria Virgine

Miles quidam etate
adolescens cum quodam
milite domino suo a
quo in feodatus erat habita-
bat. Et licet etate floreret
plus tamen florebat virtute
virginitatis. Invidia igitur
dyaboli operante ab uxore
domini sui gravissime cepit
temptari. Cum autem per annum
eadem temptacione urgeretur
submota verecundia domine sue
quid pateretur aperuit a qua
repulsam passus amplius af-
fligebatur. Casta enim erat
matrona et viro suo fidelis.
Videns igitur prefatus miles
ad quendam heremitam perrexit
omnem causam illi cum lacrimis con-
fessus est. Cui vir sanctus fi-
ducialiter indicit (?) Nihil ad
nocet tibi. Ego sanum tibi
dabo consilium. Per annum
istum singulis diebus beatam
virginem centies cum totidem
veniis angelico salutabis
versiculo et quicquid volueris
per illam impetrabis. Sciebat
enim quod castitatis amatrix
iuvenem castum non desereret.
Cuius iuvenis in multa
simplicitate beate virgini in-
iunctum obsequium impen-
deret. Die quadam sedens in
mensa domini sui recordatus
est quod dies eadem esset ter-
minus anni. Et statim surgens
equum suum ascendit ultima(m)
quod intrans ecclesiam orationes
solitas explevit. Cum autem
exiret ecclesiam vidit mulie-
rem pulchritudine omnem deco-
rem humanum transcendentem equum
suum per frenum tenentem. Admira-
ti vero quenam esset ait:
Placet ne tibi species mea?
Dicente milite: Nunquam pul-
chriorem vidi. Illa subiunxit:
Ego ero uxor tua. Accede
ad me et dabo tibi osculum.
Dixitque: modo initiate sunt
nuptie et in tali die coram
filio meo perficientur. Ex quo
verbo cognovit eam esse
matrem domini cuius castitas
congaudet humane integrita-
ti. Ab illa itaque hora tam
plene a temptatione liberatus
est ut etiam uxor domini sui mi-
raretur. Hec cum heremite re-
citasset per ordinem ille dei
laudans pietatem dixit: Ego
volo interesse diei nuptia-
rum tuarum. Adveniente autem
die constituto presente heremita
miles ~~ergo~~ agonizans spiritum
exalavit et celeste thala-
mum promissas nuptias ce-
lebraturus intravit. Exemplum

Quedam sanctimonia-
lis virgo a quo-
dam clerico vis-